



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Bruchstücke mittelalterlicher Enqueten aus Unteritalien**

**Sthamer, Eduard**

**Berlin, 1933**

VIII. Besitzungen des Bistums Teramo. 1283

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69737](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69737)

[f. 220<sup>b</sup>]In casali Tumbucii<sup>1</sup>.

[39] Antonius de Precina . . . dixit, quod abbas monasterii Sancte Helene<sup>2</sup> hodie tenet et possidet casale Montiscalvi<sup>3</sup> et casale Tumbucii<sup>4</sup>. Interrogatus, si curia ius habet in ipsis casalibus, dixit, quod abbates, qui fuerunt pro tempore in eodem monasterio, servierunt de casalibus ipsis ratione adhoamenti vel servicii dominis regibus, qui tunc erant et sunt, de medio milite. Item interrogatus, si aliqua restituta sunt ecclesiis aut personis quibuscumque post felicem ingressum domini regis in regnum, dixit nichil scire; set tamen audivit dici, quod castrum Serre Capriole restitutum fuit post felicem ingressum domini regis in regnum comiti Rogerio de Celano, et castrum Marchie<sup>5</sup> restitutum fuit domino Henrrico de Machia. Interrogatus, si curia ius habet in ipsis castris, dixit, quod vidit quondam Manfridum principem Tarentinum tenentem et possidentem predicta castra Serre Capriole et Machie.

*Die übrigen Zeugen sagen nichts Neues aus.*

[f. 221<sup>b</sup>]In castro Venafri<sup>6</sup>.

[40] Symeon de Syginolfo . . . dixit se scire, quod Thomasius et Rogerius de Stipite fratres hodie tenent et possident castrum Venafri; restitutum fuit eis post felicem ingressum domini nostri regis in regnum. Interrogatus, si curia ius habet in ipso castro, dixit se scire, quod vidit quondam principem Monfridum<sup>a</sup> tenentem ipsum castrum et dominum Guilielmum de Manuppello militem tenentem predictum castrum Venafri ex donatione predicti domini Monfredi<sup>a</sup>. Interrogatus, si alius prelatus vel abbas hodie tenet et possidet aliqua bona in ipso castro, dixit se scire, quod episcopus Alarini<sup>7</sup> habet ibi diocesim suam.

*Die weiteren Zeugen sagen dasselbe aus.*

#### VIII. Besitzungen des Bistums Teramo. 1283.

Neapel, Staatsarchiv, Fasc. Ang. 92 (Carte sciolte) fol. 124—125. Orig. chart.

[f. 124<sup>a</sup>] Inquisitio facta in Podio Coni<sup>8</sup>, terra circumadiacente Teramo, Miano<sup>9</sup> et Rapin(o)<sup>10</sup>, die Veneris XXVI. februarii XI. ind.

Gentilis Dati de Podio Coni iuratus et interrogatus diligenter, si ecclesia Teramensis et episcopi, qui pro tempore fuerunt in eadem ecclesia, predecessores predicti domini Rogerii<sup>11</sup> episcopi eiusdem ecclesie, ratione ipsius ecclesie iuste et rationabiliter tenuerunt et possederunt Teramum, Mianum<sup>9</sup>, Rapin(um)<sup>10</sup>, Collevetulum<sup>12</sup>, Roccam Sancte Marie<sup>13</sup>, Mor-

<sup>a</sup> So Orig.

<sup>1</sup> Ein Colle Tomichio, südöstl. S. Croce di Magliano.

<sup>2</sup> S. Elena, südl. S. Croce di Magliano.

<sup>3</sup> Eine Difesa Montecalvo, östl. des Colle Tomichio.

<sup>4</sup> Über diesen Besitz vgl. Tria S. 469.

<sup>5</sup> Andere Zeugen nennen es: castrum Mache. Gemeint ist Macchia Valfortore, südwestl. S. Croce di Magliano.

<sup>6</sup> Bonifro.

<sup>7</sup> Larino.

<sup>8</sup> Poggiocono, östlich Teramo.

<sup>9</sup> Miano, südlich Teramo.

<sup>10</sup> Rapino, südlich Teramo.

<sup>11</sup> Rogerius wurde am 16. November 1282 zum Bischof providiert. Eubel I<sup>2</sup> 96.

<sup>12</sup> Collevocchio, südsüdwestlich Teramo.

<sup>13</sup> Rocca S. Maria heißt eine Gegend westlich von Teramo.

recon(um)<sup>1</sup>, Pantanet(um)<sup>2</sup> et quosdam homines in Turtureto<sup>3</sup> et Melatino<sup>4</sup> et ipse etiam dominus Rogerius episcopus ratione ipsius ecclesie Teramensis iuste et rationabiliter nunc tenet et possidet homines terras et casalia supradicta, dixit se bene scire ex auditu et fama publica, quod ecclesia Teramensis et episcopi, qui pro tempore fuerunt in eadem ecclesia, iuste et rationabiliter tenuerunt et possederunt predictos homines terras et casalia sine aliqua contradictione nomine ipsius ecclesie et ab eisdem hominibus terris et casalibus perceperunt annuatim collectas et omnia alia et singula annualia servitia, que ipsi homines et habitatores ipsarum terrarum facere et prestare tenebantur et debebant predictae ecclesie et episcopis, qui pro tempore fuerunt in eadem ecclesia, nomine ipsius ecclesie continuato tempore episcopi Riccardi<sup>5</sup>, episcopi Petri<sup>6</sup>, episcopi Silvestri<sup>7</sup>, episcopi Attonis<sup>8</sup>, episcopi Mathei<sup>9</sup>, episcopi Gentilis<sup>10</sup> et episcopi Ray(naldi)<sup>11</sup> episcoporum quondam dicte ecclesie Teramensis, quorum episcoporum ipse testis recordatur, spatio septuaginta annorum et plus. Et vidit et audivit predictos homines terras et casalia, et presertim homines Terami, Miani, Rapin(i), recipere et habere predictos episcopos nomine dicte ecclesie in eorum dominos et eorum nuncios et baiulos recipere a dictis hominibus et habitatoribus dictarum terrarum annuales collectas et alia annualia servitia, que dicti homines et habitatores dictarum terrarum et casalium dictis episcopis nomine dicte ecclesie facere et prestare tenebantur et debebant, per plures et diversas vices et tempora. Et de hiis omnibus est publica vox et fama in ipso castro Podii et aliis terris circumadiacentibus ipsis terris Terami, Miani et Rapini, pro eo quod dictum castrum Podii est propinquum et convicinum ipsis terris Terami, Miani et Rapini.

*Die übrigen Zeugen sagen nichts Neues aus.*

[f. 124<sup>b</sup>] Inquisitio facta in Caprafico<sup>12</sup>, terra circumadiacente Teramo, Miano et Rapino, eodem die Veneris XXVI. februarii XI. ind.

Atto Leonardi de Caprafico . . . dixit usw., *ähnlich wie oben, mutatis mutandis.*

[f. 125<sup>a</sup>] Inquisitio facta in Rocca Totonisca<sup>13</sup>, terra adiacente Teramo, Miano, Rapin(o), Collevetulo, Rocce Sancte Marie, Morrecon(o), Pantaneto et Melatino, die Lune I. marcii eiusdem XI. ind.

Clodius de Rocca Totonisca . . . dixit usw., *ähnlich wie oben, mutatis mutandis.*

[f. 125<sup>b</sup>] Inquisitio facta in Toczano<sup>14</sup>, terra adiacente Teramo, Miano, Rapino, Collevetulo, Rocce Sancte Marie, Morrecon(o), Pantaneto et Melatino, eodem die Lune I. marcii eiusdem XI. ind.

Notarius Giso de Toczano . . . dixit usw., *ähnlich wie oben, mutatis mutandis.*

<sup>1</sup> Morricone, westlich Teramo.      <sup>2</sup> Pantaneto, vereinigt mit Castagneto, nordwestlich Teramo.

<sup>3</sup> Tortoreto, nordöstlich Teramo, nahe der Meeresküste.

<sup>4</sup> Ein Colle Melatino nordwestlich Teramo. Vgl. Sthamer, *Verwaltung der Kastelle S. 120 Anm. 1; Palma I 168 Anm. 7.*

<sup>5</sup> Fehlt bei Eubel und Palma. Sein Vorgänger Atto II. war 1221 ordiniert. Eubel I<sup>2</sup> 96; Palma II 13.

<sup>6</sup> Fehlt bei Eubel. Nach Palma (II 13) wird Pietro als Bischof in einer Urkunde vom 15. April 1229 erwähnt.

<sup>7</sup> Silvester wird 1232 erwähnt; er starb 1235. Eubel a. a. O.

<sup>8</sup> Atto III. Durch die Erwähnung zwischen Silvester und Matteo in diesem Zeugenverhör wird erwiesen, daß eine Identität mit Atto II. nicht in Frage kommt, wie Palma (II 14 f.) sie eingehend erwägt. Atto III. lebte noch 1251 (Palma II 15).

<sup>9</sup> Matteo, zuerst erwähnt 7. Juli 1251 (Palma II 17). Gestorben 1267. Eubel I<sup>2</sup> 96.

<sup>10</sup> Gentile, seit 23. Juli 1267. Eubel a. a. O.

<sup>11</sup> Raynald, seit 18. Juli 1272. Eubel a. a. O.

<sup>12</sup> Caprafico, südöstlich Teramo.

<sup>13</sup> Existiert nicht mehr; lag auf einem Berge la Rocca, zwischen Joanella und Pastignano, Tizzano und Morricone; westlich Teramo. Palma I 168 Anm. 5.

<sup>14</sup> Tizzano (auch Tezzano), unmittelbar südlich von Morricone, bei Rizzi-Zannoni.